



Figura
Secundū

Candelabri luminis.
Raby moysen

Spe rula

Sa' phus

Lili um

Altare quoque holocaustorum sine sacrificiorum iussit dominus fieri de lignis sethim. Erat autem altare quadratum in longitudine et latitudine. v. cubitorum. Et in altitudine trium. Eratque concavum instar arche sine operimento: Parietes lignei sed aperti erant ere intus et extra: siue lamis eneis: ut vri non possent: Area eius siue arula erea erat tanquam fundus arche. super quem fiebat ignis: Qui per fenestram que erat in latere orientali imponebatur. In quatuor angulis superioribus erant extra quatuor recurva cornua. In quibus quatuor cathene anulis inferebantur. de quibus dependens craticula erea in modum rethi facta. usque ad medium altaris descendebat super quam cremata in odorem domino ponebantur. Circa vero angulos inferiores. quatuor erant anuli erei: in quibus vectes imponebantur de lignis sethim optime ad portandum altare. Positum autem erat altare ante tabernaculum sub divo.

